



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Pio Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

PIO LECTORI S.

EN DAMVS tibi, pie Lector, in forma enchiridij Di-  
spositionem uel ordinem atq; Periochen historiæ, primu-  
m quidé euangelicæ, deinde uero apostolicæ, adde & argumen-  
ta epistolarum omnium cum D. Pauli, tum aliorum S. apo-  
stolorū, qui epistolas ecclesiæ dei scriptas reliquerunt. Nullo  
autem alio consilio id facimus, quam ut iuuemus sancta pio-  
rum studia. Sunt quibus per fortunæ tenuitatem non licet  
integros Bullingeri emere Commentarios. Sunt alijs quibus  
per multa negotia eosdem integros legere nō uacat: his ergo  
& ordinem & Periochen omnium hoc enchiridio exhibere  
uoluimus. Sunt rursus alijs qui & integros sibi compararent  
Commentarios & integros euoluerent legerentq; si intelligere  
possent, quid in illis & contineretur & tractaretur: cernent  
ergo & hi in hoc libello ceu per transennam quid ex illis ex-  
pectent Commentarijs. Omnia uero huc tendunt, ut aperte  
& plene intelligas, in quo sit sita hominum salus, quomodo il-  
lam consequamur, eadq; æternum fruamur, deniq; quomodo  
uocatione nostra digne uiuamus. Fruere ergo sanctis &  
salutaribus his laboribus. Viue & uale æternum  
in Christo Iesu domino nostro. Tiguri Menſe  
Januario. Anno domini M. D. LIII.